ipsorum utentium, quod in ca=
=su inobedientiae deventum fuis=
=set ad Cominatas molestias, fac=
=taque consimili monitione ex or=
=dine quo supra aliis etiám uten=
=tibus dicto Ponti Vedani inferio=
=ribus pró implemento demandatae
notificationis Bonorum, ac Molen=
=dinorum, necnon solutionis indic=
=tae eorum Taleae, in casum cesse=
=runt hujusmodi debiliora media,
cum pró majori parte perseveran=
=tes fuerint, et adhuc sint in perti=
=naci eorum contumacia. = Per obi=
=tum Illustris Comitis Don Joannis
Baptistae Trotti olim Pro-Gubernato=
=ris Parmae et Placentiae collato
vacanti munere dicto Illustri Mar=
=chioni Don Hieronymo Erbae ad illud
conservatoris Olonae delegatus fuit

amplissimus Comes Senator Don Jo=
=seph Oppizzonus, qui dum, praeco=
=gnitis omnibus antecedentibus do=
=cumentis, mandaturus erat publi=
=cationem generalis Proclamatis
pró successivá generali Fluminis
visitatione ad removendas no=
=vitates, et abusus apprimé ne=
=cessaria; fuit morte praeventus;
eique subrogato Amplissimo Pe=
=tro Stuppano, cum in Convoca=
=tione nobb. Syndicorum diei 3.
Martii anni 1744. proposuisset
remedia pró conservatione Flumi=
=nis undequaque dispersi confes=
=tim adhibenda, stabilitum fuit re=
=novandum fore Edictum pró noti=
=ficatione praemissá, ac Taleae solu=
=tione, exequendam generalem Flu=
=minis visitationem, publicandumque

generale Proclama: = Renovato
pro solutione indictae Taleae Edicto
diei 23. ejusdem Mensis, de quo sub
Litterá J., pauci admodum utentes
proprio debito, quamplurimi mi=
=nimé satisfecerunt. = Superve=
=nerunt interim Litterae M. V. di=
=ei 28. ejusdem Mensis Martii signat.
L. praefato Amplissimo Patri Con=
=servatori expeditae, ac mandantes,
ut praeviá renovatione Procla=
=matum efficaciores impertiri vel=
=let Ordines pro omnimodá illorum
observantia etiam per accessum,
ubi opus fuisset, in rem praesen=
=tem; verum interceptum fuit
tam providae executionis intentum
ab iis utentibus, quorum interé=
=rat non impleri visitationem
interjectis ad hunc finem adversus

Officiales Fluminis nonnullis
Questionibus coram Excelso M.
V. Ordine adhuc pendentibus
cum Regii Fisci voto, quae pro
justitiá supremam ejusdem M.tis
V.rae providentiam expectant. =
Reassumpta anno 1746. per Illus=
=trem Marchionem Regentem Don
Hieronymum Erbam Senatoriá
Sede fuit ille iterum, attentá mor=
=te dicti Amplissimi Patris Hys=
=pani in Conservatorem Fluminis
Olonae deputatus. = defuncto au=
=tem praememorato Joseph Caimo
cum Innocens illius Filius, et hae=
=res producto calculo tam parcel=
=larum ob impositam Taleam a
nonnullis utentibus exactarum,
quam solutionum per eum facta=
=rum vigore mandatorum

identidem expeditorum, pater=
=nam haereditatem Creditricem
constituerat summae librarum mil=
=le sexcentum, et contra Nobb. Syn=
=dicis opponentibus debitum uten=
=tium consistere debere in solis Li=
=bris novemcentum quinque ſ. 8. d.
6. eo quia adscribi non posset in
Creditum dictae haereditatis in=
=teresse illius tantae partis librar.
quatuor mille erogari promissarum,
quae realiter subventa non fuerat,
Super precibus eorumdem Syndicorum
in Senatu propositis, emanavit
sententia diei 6. Septembris 1751.
qua decrevit non deberi interesse,
nisi ad ratam Subventionum, te=
=nerique haeredes Joseph Caimi ad so=
=lutionem residuae summae ac Exe=
=cutorem esse debere eundem

Illustrem Marchionem Conser=
=vatorem Delegatum, et ex ea sub
Littera M., pro cujus implemento
statutis ex ordine ejusdem Illus=
=tris Delegati, et ad instantiam dic=
=torum Syndicorum binis termi=
=nis ad solvendum cum successi=
=va monitione ad videndum Con=
=cedi praeceptum executivum rea=
=le et apprehendendi bona in eorum
praejuditium solverunt exinde
consignatis eodem actu Libris, man=
=datis, et aliis scripturis exactio=
=nem et Capsam concernentibus dic=
=tas residuas libras novemcentum
quinque solid. 8. d. 6. in manibus An=
=tonii Barnii in Exactorem pariter
praemissae Talpae, et Capserium super=
=inde deputati per Instrumentum
ab eodem Cancellario Fluminis

prae=
Ma=
per
et
a or=
que
so=
uns
n
pro=
ro=
an=
ra=
lo=
sa=
u=
r=
es=
Re=
g.-

receptum die 25. ipsius mens
Septembris. = Anstantibus apu
Gubernium memoratis Credito
=bus, urgentibusque vigore decre
ab eis obtentorum eumdem Illust
marchionem Conservatorem inju
=ctum serio incumbere sollicitae sa
+ =factioni, vocavit coram se Syn
et in repetitis Congressibus act
conclusumque fuit deveniendu
per delegatos ad liquidationem et
=cessivam satisfactionem respect
=rum Creditorum Capitalium ac
=terusuriorum decursorum fa
Petri, Ignatii, et Joannis Fratr
de Rusconis Clericis Filiorum,
haeredum memorati quondam C
=pitanei Caroli, necnon Filiarum
et haeredum quondam Mariae Ca
=nae alias uxoris Antonii Ma
83

Berettae, ac datum habentis a prae=
=enunciato quondam Stephano Ma=
=riano etiam mediá Subventione per
Dictum Barnium quá Exactorem, et
Capserium, ut supra facienda juxta or=
=dinata a Gubernio, renovandumque
ad hunc effectum esse Edictum pro So=
=lutione Taleae jam impositae cum
beneficio Litterarum patentium
a M. V. concessarum. = Aptato, pu=
=blicatoque servatis servandis eo=
=dem Edicto diei 13. Novembris an=
=ni 1751. signat. N. iterum Contra=
=dicentes eorum supplici Libello
ad Illustrem Conservatorem appa=
=ruere Utentes Conti vedani Su=
=periores; decreto tamen Conser=
=vatorio statutus fuit ex ordine
ejusdem Illustris marchionis Re=
=gentis Erbae ad instantiam dict.-

Syndicorum utentibus consti=
=tutis in Morâ solvendi termi=
=nis dierum octo ad notificandum,
et solvendum sub poenâ opportu=
=nae executionis in formâ Came=
=rali, ut ex eo dici 20. Maii 1752.
signat. O. = Dum intus consule=
=bantur, foris de aliis, et quidem
gravioribus debitis contrahen=
=dis data fuit occasio: Tanta
enim fuit suprarelati Torrentis
Rabaii, seu Fontanilis Traiati,
junctis etiam Aquis alterius Tor=
=rentis nuncupat. Tinella, immar=
=nis exundatio vere dicti anni 1751,
ut superatis Ripis vagantes aquae
undequaque per nemora, et Bru=
=gherias, vicini Bonorum culto=
=rum Possessores in proximo discri=
=mine solliciti fuerint oppositis

obstaculis, constructis aggeribus,
auctisque repagulis, excrescen=
=tem aquarum Copiam diverte=
=re quâ dataria sudeque in val=
=lem Olonae irruentem, ac magna
vi secum trahentem immensam
in Flumine Arenae saxorumque
Congeriem. = De hujusmodi novita=
=tibus, et tam gravi Olonae detri=
=mento, aliisque consequentibus
irreparabilibus non sine strepitu
molitorum, et Clamore utentium,
Certiore reddito a Regii Judicis Com=
=missarii vigilantia in ejus Con=
=sultatione praefato Illustri Mar=
=chione Conservatore, confestim
ad invisendas novitates, sumen=
=dasque Informationes missus In=
=geniarius Provincialis, retulit
iste statum rei, eodemque